Universidad de
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX AMPLIS-
SIMVS INSIGNIVM SENTENTIARVM, QVAE
à diuo Ioanne Chryſoſtomo archiepiſcopo Conſtantinopolitano, in ſuis lucubrationibus præclarè dictæ ſunt, ad omnium ſtudioſorum utilitatem, quanta maxima fieri potuit diligentia, per Ioannẽ Benedictum Pariſienſis Theologiæ doctorẽ bene meritũ ſelectus, ac in literariũ ordinẽ redactus longe quàm antea auctior ac locupletior redditus.

Ad cuius calcem index authoritatum ſacræ ſcripturæ, id eſt veteris ac noui teſtamenti, ab eodẽ Ioanne Chryſoſtomo ſuis locis explicatarum acceſſit.

FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO



18 aug. 1561-1700

Apud Hugonem & hæredes Aemonis
à porta: Anno domini.

1 5 4 3

Cum priuilegio.

BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS SOCIETATIS IESU

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX COPIOSVS SENTENTIARŪ *à tribus prioribus & quinto tomis operum Diui Ioannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani selectarum, ac in ordinem literarium Io. Benedicto authore coactarum.*

Aaron.

Aaron à populo coactus vitulū in deserto fabricauit. tom.3.folio.91.K. tomo.5.fol.54.B. vnde deū negabat quē postea Raab meretrix prædicauit.C.qui propterea periisset,nisi Moses frater eius iram dei auertisset.f.13.G

Aaronis consecratio per Mosen.to.5.folio 271.EF. illius & filiorū vestimenta Ibi. & illius imolationes.F qui ex tribu Leui natus est.273.H

Abacuc.

Abacuc sui temporis plangit lamenta. tomo.5.27.M

Abbas.

Abbas quomodo monachos facile sibi obedientes habeat. tomo.5.18.A

Abel.

Abel vsq; nunc prædicatur,& tantum tempus eius memoriam non obscurat. to. 1.35.M.tomo.5.83.I

Abel etiam *defuncti sanguis vocem emittebat*.tomo.2.43.G

Abel ante vllius exemplum dedicauit martyrium.to.3.210.C.fit innocens, & glorioſus sacerdos.D H

Abel nulla causa cruciatus est,nisi quia iustus erat to.5.27.F G

Abel non læsit mors etiam amara. tomo.5. 102.K.L.103.A

Abel à sola conscientia doctus sacrificium deo obtulit to.5.135.B

Abel quomodo dicitur martyr. tomo.5. 277.C D

Abelis est regnum cœlorum. to.1.29.F

Abias.

Abias bene cœpit postea peccauit in deum, velut Roboam pater eius. to.2.156.G

Abnegare.

Abnegandi deum modi diuersi. tomo.1. 123.F

Abnegare seipsum quid sit? to.2.103.C D

Abominatio.

Abominatio desolationis quæ sit. tomo. 2. 232.G

Abominatio omnium rerum post Christi passionem to.2.133.B C

Abortiuus.

Abortiuus in lege quis dicatur. tomo.2. 233.I.& seq.

Abraham.

Abraham pro Sodomitis deo supplicabat tomo.1.40.I

Abraham priusquàm circuncisionem acciret iustificatus est to.1.44.G

Abraham iussus est pro incertis relinquere certa to.1.53.D.& seq.116.I K

Abraham diuinis iussis obedire festinauit tomo.1.53.G K M

Abraham gratias pro promissis egit. tomo.1.55.C

[redacted]

Abraham diues factus est in Aegypto. tomo.1.57.C

Abraham non corporali virtute sed sua in deum fide quinque reges profligauit. tomo.1.60.L

Abraham deo & nō sibi victoriam tribuebat.tomo.1.61.D.& seq.62.H.& seq.

Abraham à parentibus infidelibus educatus,diuinam illustrationem accepit. tomo.1.62.B.to.5.87.A

Abraham sufficit omnes erudire. tomo.1. 62.A

Abraham paternam regionem reliquit, vt dei præceptum perficeret. to.1.62.B C

Abraham assumpto Loth ingreditur Chanaan to.1.62.D

Abraham semota ratiocinatione humana credidit deo semen promittenti. tomo. 1.63.D.& seq.

Abraham in signum temporarium accepit circuncisionem to.1.68.H.& seq.

Abraham hospitalitati deditus deum cum angelis suis meruit suscipere. tomo.1. 71.A.& seq.

Abraham possedit virtutes omnes. tomo. 1.72.E

Abraham in hospitalitate *imitemur*.tomo. 1.72.B C

Abraham patienter tulit quæcunque illi eueniebant to.1.78.D

Abraham nō est vituperandus quòd in Geraris mortem timuit to.1.78.E F G

Abraham in Aegyptum & Geraris peregrinatus est, vt doceret extraneos suam virtutem to.1.78.G

Abraham voluntatem suam in filij immolatione declarauit, à qua coronam reportauit to.1.81.I

Abraham voluntate dexteram cruentauit sanguine filij sui to.1.81.M.82.B

Abraham sine agris & domibus valde diues erat to.1.83.E

Abraham fide promissionem,filium & eius oblationem meruit. to.1.115.D.E.& seq.

Abraham non obstante Sarræ sterilitate & ætate credidit sibi nasciturum filium tomo.1.115.E F

Abraham præceptorem nō habuit,qui doceret eum fidem & mores to.1.117.B

Abraham quare transitor dictus est. tomo. 1.117.B

Abraham aliter sentiebat quàm diceret seruis to.1.145.G

Abraham est pater fidelium, & bene viuentium to.1.150.A

Abraham dionymus fuit. to.1.168.K

Abraham pater noster potius quàm Iudæorum to.1.168.K

Abrahā ꝓpheta fuit & sacerdos. t.2.153.L

Abraham cum cæteris patriarchis multa passus est to.2.285.A.& seq.

Abraham ante Christi resurrectionē apud inferos erat to.2.276.H.I

Abraham sententiam diuisti referebat medius inter ipsum & deum. to.2.285.K

Abraham Hebræorum primo & Christianorum postremo pater esse commeruit seruando dei præcepta to.3.92.M

Abraham longè grauiora quam Abel vel Noē perpessus est.to.5.28.B.C.itineris à Perside in Chanaan lōgitudine, & difficultate.C.D.E.cum Barbaris hospitio.E cogitatione viæ.F. in Aegyptum.G.H. Ab Aegypto.H

Abraham hypocrisi submitti coactus est. to.5.28.H.fami.I.bello.K.sterilitati.L

Abraham post diuturnos luctus filium ex ancilla genuit.to.5.28.M.alterū ex vxore.29.A.B.quē mactare iussus est.C D

Abraham diues erat,sed non auarus.tomo. 5.115.M

Abraham in delectatione erat multa passus tristitia to.5.158.M

Abram interpretatur,transitor. tomo.1. 116.H

Abrahæ filij sunt qui faciūt opera eius. tomo.1.53.H I

Abrahę quomodo dominus visus sit.tomo. 1.54.L.M.55.A

Abrahæ mansuetudo to.1.58.H I

Abrahę à parētibus nomen dei impositum est.tomo.1.60.I. & quomodo sit impositū 60.C

Abrahæ opera quantum hactenus exemplar tulerint to.1.62.A

Abrahæ propensus amor & beneuolentia in Loth to.1.60.K.61.C.62.H

Abrahæ virtutes to.1.62.L

Abrahæ coronæ hactenus fulgent,& ineter num fulgebunt to.1.72.H

Abrahæ promissio *facta*. to.5.24.A B

Abrahæ prospera cum aduersis. tomo.5. 199.H I

Abrenunciare.

Abrenunciandū est satanæ & pompis eius. tomo.5.152.C.& seq.

Abrenuncio tibi satana, & coniungor tibi Christe, quantæ sit virtutis & efficaciæ. tomo.5.152.F.

Absalon.

Absalon se exaltauit,& humiliatus est. tomo.5.173.I

Absalonis scelera multa to.1.132.G

Absalonis fratricidium incorrectū in parricidium mutatur to.1.132.H

Absalonis interitus to.1.132.M

Absolutus.

Absolutus qui non fuerit à peccatis tormēta non effugiet to.2.30.H

Abstinere.

Abstinendum est à satanæ festis. tomo.3. 34.H

Abstinens.

Abstinens se à malis innocens est, sed non iustus to.2.198.E F

Abstinentia.

Abstinentia mater sanitatis. tomo.5. 45.I

Abstinentia ventris formata ad perfectam castitatis abstinentiam ascenditur. tomo.5.99.L

Abstinentia ciborum parum vtilis, nisi pras uas auferamus consuetudines. tomo.5. 121.H I

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abstinentiam à cibis quare nobis precipit dominus to.1.13.A.

Achab.

Achab rapuit vineam Naboth. to.1.114.I. retributionem peccato parem recepit. Ibidem.& K
Achab per vxorē Iezabelem multas in dominum commisit impietates. to.2.156.L
Achab compunctus placauit dominum ne sentires dei comminationem. to.5.152.I
Achab non statim post peccatū Nabuthæ, pœnas dedit to.5.162.C
Achab sententia sua seipsum damnauit.tomo.5.263.D E
Achab propter mulierem maximè deditus peccatis, vbi scelera sua agnouit, miseri cordiam dei arripuit to.5.289.B

Achar.

Achar solus iram dei aduersus totum populum succendit to.1.167.H K
Achar cum omnibus suis lapidatus est. tomo.1.167.M.168.A
Achar à proprietate nominis sui prescissus est to.2.157.D

Accedere.

Accedere ad eucharistiam quomodo oportet to.1.2.A
Accedere cum inimicitiis ad communionē altaris to.2.37.E
Accedere ad deum quantæ sit vtilitatis.tomo.2.50.G H
Accedens ad eucharistiam peccati sibi cōscius peior est dæmoniaco. to.2.145.K

Accedens.

Accedens ad eucharistiam postquam peccauit,peior est dæmoniaco. to.5.196.F
Accedentes indignè ad Christi sanguinem ad pœnam & vltionem accedunt. tomo.5.197.D E
Accedentium ad eucharistiam conditiones requisitæ to.3.187.L M

Accessus.

Accessum ad eucharistiā multa impediūt. tomo.2.95.K L

Acclamatio.

Acclamationes indecoræ in ecclesiis vitandæ, tomo.1.166.H

Acta.

Acta quare non longius fuerunt producta. tomo.3.94.C
Actorum liber olim incelebris. to.3.93.M. Vtilitas eius.Ibidem.
Actorum apostolorum non simplex historia to.3.94.G

Actus.

Actus omnis duplex. to.2.220.I.K.& seq.
Actus omnes carnales opera sunt animaliū tomo.2.222.H
Actus sunt qui hominum fructus ostendūt tomo.2.250.H
Actus omnis carnalis opus est animalis. tomo.2.222.H I

Acus.

Acus est verbum dei to.2.207.B

Accusans.

Accusans aliquem alicuius peccati cuius ipse conscius est,seipsum accusat.tomo.3.189.F

Accusare.

Accusare falso innocentem nihil peius.tomo.2.110.I
Accusabūt nos in iudicij die omnes in quos fuimus impij & immisericordes. tomo.3.43.A

Accusator.

Accusator noster est cōscientia nostra semper vigilans to.2.286.G H
Accusator noster semper pœnā exigit delictorum nostrorum to.1.30.D

Acquirere.

Acquirēdi multa necessitas strangulat animas corpori seruientes to.5.99.I

Adam.

Adam totā legem trāsgressus est. to.1.12.E
Adam ante peccatum non erat passionibus obnoxius.tomo.1.21.B.& propheta erat Ibidem.& seq.
Adam credendo mulieri omnem ordinem inuertit to.1.24.D E
Adam vxori suæ etiam nomen imposuit. tomo.1.26.D
Adam præuaricando mandatum mortalis factus est to.1.26.I K
Adam contra paradisum habitabat, vt iugem dolorem haberet.to.1.26.L. Ipsum quotidie videndo.to.5.278.E.287.C
Adam constitutus est princeps omnium visibilium to.1.31.I
Adam ob flagitium Cain luctum grauissimum habebat to.1.31.K
Adam quare à paradiso eiectus. tomo.1.42.B C
Adam victus est propter suam negligentiā tomo.1.113.D E
Adam maluit diabolo cōsentire quàm deo parere to.1.113.E
Adam diaboli fraudibus circunuentus per Christum est redemptus to.1.113.E
Adam inuenit interitum per Heuam quam acceperat in auxilium to.1.113.M
Adam stabat inter diabolum & mulierem. tomo.1.113.M
Adam creatus est cum prudentia, consilio, & ratione to.1.113.M
Adam quanta incurrerit mulieri credēdo. tomo.1.136.G
Adam in paradiso delitiarum non integra die remansit to.2.110.B
Adam non à diabolo seductus peccauit.tomo.2.159.H
Adam quomodo mortuus esset perpetrato peccato,cum postea longe vixerit. tomo.3.29.M.30.A
Adam ferunt sepultum in Caluaria,vbi crucifixus est Christus to.3.85.D
Adam paradisi colonus ab eo per peccatū eiectus est to.3.191.L M
Adam nescisse quomodo formatus est. tomo.3.205.H K
Adam & Heua dissimiliter peccauerunt, & dissimili sunt affecti supplicio. tomo.3.209.E F
Adam in magnam prorupisset audaciā,nisi fuisset diuina animaduersione castigatus to.5.23.E
Adam cur deus in paradisum collocauit quem præsciebat peccaturum. tomo.5.73.M.74.B
Adam supplantatus est, quia in paradiso segnis erat to.5.121.D
Adam peracto primo peccato statim sine literis & lege cognouit peccatum. tomo.5.134.M.135.A B
Adam primo artificio cœpit arare terram tomo.5.146.I
Adam honorē quo erat præditus, spe amplioris amisit to.5.250.A
Adam nō potuit vxoris illecebras excusare tomo.5.294.M
Adam peccauit illud graue peccatū, & omne genus hominū damnauit. to.5.297.K
Adæ cōcessa sunt omnia ligna præter vnū, vt sciret se esse sub domino. to.1.19.G
Adæ multa fuerunt data beneficia. tomo.1.21.B C D
Adæ ab initio data est vita angelica. tomo.1.21.C D
Adæ propter peccatum maledicta. tomo.1.25.G.& seq.
Adæ post peccatum omnia secus contigerunt quàm antea to.1.25.K
Adæ creatio vt creatis dominaretur. tomo 1.112.C
Adæ filiæ,Rufa & Edocla. to.2.158.L
Adæ & latronis collatio. to.3.190.E F

Adolescens.

Adolescentium animę non admodum prudentia muniuntur to.5.299.K

Adolescentia.

Adolescentia non est virtutis præpedimētum to.1.99.I
Adolescentiæ conditiones. to.2.144.B

Adoptio.

Adoptio duplex to.3.16.K.M

Adorare.

Adorare est creaturæ,adorari non creaturæ,sed domini to.3.34.L

Adorans.

Adorans idola inexcusabilis est.to.5.86.M

Adoratores.

Adoratores veri qui sunt? to.3.34.M
Adoratores veri qui sunt to.3.92.E. & seq.

Adoratio.

Adoratio elementorum vnde processit. tomo.5.132.B

Adrianus.

Adrianus legem tulit ne quis Iudæus habitaret Iudæam. tomo.2.273.I. & Hierusalem Heliam vocauit.Ibidem.

Aduentus.

Aduentus Christi causæ to.2.14.G
Aduentus Christi in Hierusalem. tomo.2.213.H.& seq.259.M
Aduentus Christi duplex. tomo.2.236.A. & seq. Vltimus terribilis.C.D. tomo.3.29.L M

Aduersitas.

Aduersitas nostra non est ira dei,sed admonitio to.2.202.F
Aduersitatibus fuerunt probati qui fuerūt nominatissimi to.5.27.E
Aduersitas homines facit mansuetos,& humiles to.5.189.I

Adulatores.

Adulatores magis quàm contumeliantes odisse oportet.tomo.2.151.H. Infra. Assentatio.Blandiri.

Adulter.

Adulter per inopiam sensus exitiū suæ animæ conciliat to.1.169.L.170.A
Adulter erubescit si vocetur adulter. tomo.3.205.D.E.castus vero castum vocari non erubescit.E

Adultera.

Adultera est mulier quæ per ornatum ad sui con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sui concupiscentiam trahit hominem.to mo.5.244.H.I.& seq.
Adulteræ spectaculum mirabile. tomo.5. 202.D
Adulteræ pœna secundum legem. tomo.5. 272.G

Adulterium.

Adulterium maius est furto. to.1.169.L
Adulterium nullatenus est excusabile. tomo.1.169.L.M
Adulterium multis committitur modis.to. 2.39.D E F
Adulterium ex concupiscentia nascitur. to mo.2.175.F
Adulterium quidam voluntate committũt, qui corpore castitati student. tomo.2. 204.L
Adulterium est multorum causa malorum tomo.5.90.D E F
Adulterij modus to.1.128.H.& seq.
Adulterij imitatio mala est to.2.16.A
Adulterij anxietates to.2.280.A B
Adulterij cupidæ mulieres maritorum cędem meditantur to.2.92.F G
Adulterij & fornicationis differentia. tomo.3.65.B
Adulterij radix concupiscentia impudica. tomo.5.57.M

Aedes.

Aedium nostrarum ad cœlum collatio. tomo.3.49.E

Aedificare.

Aedificare splendidas domos superfluum & inutile to.3.49.E
Aedificare domum super petram, & super arenam.to.2.55.A.& seq.189.D
Aedificare vbi & quomodo oportet.tomo. 5.56.L.M.57.A.B

Aedificia.

Aedificia præsentia in corporum resurrectione sunt ruitura to.5.94.A B
Aedificiorum vrbium & monachorum in desertis discrimen to.2.126.F

Aegritudo.

Aegritudinis nostræ causa & natura. tomo.5.194.H I.& modus curandi. Ibidē. & sequen.
Aegritudines & dolores ex nimio cibo & potu accidunt.to.2.107.K.& seq.

Aegrotatio.

Aegrotatio piis qui peccarunt imputatur pro supplicio to.1.160.H I
Aegrotatio grauis est auaritia. to.2.133.B & sequen.
Aegrotationes plurimæ à peccatis originem trahunt to.2.59.K

Aegrotans.

Aegrotans & corpore & animo opus habet medico to.2.177.C
Aegrotantium visitandorum modus. tomo 5.194.F.& seq.

Aegyptus.

Aegyptus recipit Christum quem Palęstina fugat to.2.18.L.19.E
Aegyptus olim innumeris monachorum & virginum choris distinguebatur. tomo. 2.19.G.& seq.
Aegyptus habet typum mundi. tomo.2. 244.D.245.C

Aegyptius.

Aegyptij tribus modis circunuenerunt filios Israel to.2.154.K
Aegyptia ardens in Ioseph accusauit eum adulterij.to.5.299.E.F.I.& seq.300.B C

Aequitas.

Aequitas magnum vbique bonum est. tomo.3.140.M
Aequitas quid sit. to.3.162.B.quæ etiam magnæ est indicium virtutis.C

Aetas.

Aetas non omnis cunctis vitiis opportuna est to.2.21.L
Aetas iniens multa dementia plena est. tomo.2.104.H
Aetas prima multæ plena est dementiæ.tomo.5.193.M
Aetas quęlibet seipsam accusat. tomo.5. 204.C. in quibus multum est tristitiæ. Ibidem.
Aetatis hominis mutatio & progressus.tomo.2.144.A B
Aetates humani generis sex,& mundi totidem to.1.119.M.to.2.215.H I
Aetates Iudaici populi. tomo.2.205.M 206.A.& seq.

Affectiones

Affectiones irrationales mutant hominum nomina in nomina bestiarum. tomo.1. 36.G
Affectiones non obturbant nisi negligentes tomo.1.37.A B
Affectiones quæ nos per totam vitam trahunt facile est vincere to.3.137.E F
Affectiones malæ corrigendæ sunt. tomo. 1.48.A B

Affectus.

Affectus domare & eradicare quantum sit studendum to.1.30.M.31.A

Affligere.

Affligere tentans proximum nil ei omnino nocet to.1.101.A
Affligimur propter peccata quibus deum sæpe offendimus to.2.45.A B
Affligi pro peccatis aliud est quàm pro iustitia exerceri tomo.3.210.B
Affligi deus sanctos propter octo causas permittit.tomo.5.112.D.E.F. L.M.113.F

Afflictio.

Afflictio laboris in hoc seculo breuissima est,retributio autem infinita. tomo.2. 123.I
Afflictio dat intellectum tomo.2.287.E
Afflictio magnum bonum est. tomo.3.118.I & quantum bonum sit.145.F.155.A.quæ est noster pædagogus.B
Afflictio & paupertas humanos animos à studio diuinarum rerum abducit.tomo. 5.18.K
Afflictione congrua nihil melius. tomo. 3.133.I
Afflictiones nos inducunt vt operemur bona,& deo grata opera. tomo.1.41.M
Afflictiones patienter tolerare oportet. tomo.1.56.K.L. Et quomodo. tom.5.203.F & sequen.
Afflictiones præmiorum sunt materia. tomo.1.69.L
Afflictiones imputãtur ad peccatorum remissionem tomo.1.160.H I
Afflictiones non parum conferunt ante resurrectionem. tomo.3.193.D.E.F. Infra. Tribulationes.

Afflictus.

Afflictus iniustè omnes habet defensores, non ita affligens tomo.3.166.I K

Agar.

Agar impręgnata suam obliuiscitur conditionem tomo.1.66.F I
Agar permissa est à deo sentire quid sit solitudo tomo.1.80.B

Agere.

Agere bonum non habita superna gratia impossibile est tomo.1.41.I
Agere gratias deo quid. tomo.2.8.B.

Agenda.

Agenda & non agenda nemini possunt esse incerta tomo.5.252.K L

Agnitio.

Agnitio dei cætera opera prędecedere debet tomo.2.205.H I

Agnus.

Agnus rationalis pro toto mundo oblatus est tomo.1.81.I K
Agni paschalis constitutio. tomo.3.187.H cessauit aduenięnte Christo.I
Agnum cur Ioannes Christum appellat.tomo.3.19.M
Agnum comessurus agni innocẽtiam proferat tomo.3.183.M

Agricola.

Agricolarum exercitia & laudes. tomo.5. 146.H.I.& seq.

Agricultura.

Agricultura quibus artibus indigeat. tomo.2.99.A
Agriculturæ laudes tomo.2.220.K.

Agrippa.

Agrippa qui & Herodes Pauli iudex videtur alter esse ab eo qui Iacobum occidit tomo.3.166.C

Ala.

Alæ ventorum quæ sunt. tomo.1.161.D

Alexander.

Alexander tertius decimus deus putatus est à senatu Romanorum. tom.5.202.L.sed non reparauit imperium suum post mortem.203.A

Alienus.

Aliena iustitia non prodest malis. tomo.2. 285.D E
Aliena curans immunis est à multis peccatis tomo.2.138.F

Alimenta.

Alimenta animæ conuenientia sunt præferenda corporis alimentis.tomo.1.89.E F

Alius.

Alius est qui seminat,& alius qui metit.tomo.3.36.A

Altare.

Altare vnicus locus in Palęstina habebat. tomo.1.159.A B
Altare non polluitur si latronem recipiat in refugium.tomo.5.296.K L

Allophyli.

Allophyli cõtra Saulem armãtur. tomo.1. 131.G

Amalech.

Amalech precibus debellatur. to.1.119.E

Amare.

Amare patrem & timere iudicem salutare & bonum est tomo.1.165.M
Amare sermones spirituales nos distinguit à brutis. tomo.1.170.M. Infra. Diligere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amator.

Amator pecuniarum non ſolum inimicos non diligit,ſed nec amicos diligit.tomo 3.88.G.cuius ſunt multæ calamitates. to. 3.88.Ibidem.& H.Infra Auarus.

Amatorum moleſtiæ variæ. tomo.5.231.G & ſeq.

Amazias.

Amazias imprimis ſicut Ioas pater eius bonus erat ſed tandem malus factus eſt.tomo.2.157.B

Ambitio.

Ambitio adeo grauis eſt vt animam perdere valeat to.3.84.L

Ambitio excæcat mentis intuitum. tomo. 5.177.L

Ambitione nihil periculoſius.to.1.93.G.Infra.Honor.

Ambulare.

Ambulare invmbra mortis,eſt habitare cũ filius tenebrarum to.1.147.H

Amen.

Amen amen,id verè verè to.2.267.H

Amicus.

Amicus eſſe non poteſt quis,& mandata cõ temnere to 3.93.B.G

Amicus amandus eſt, non ſolum quando laudat, ſed quando reprehendit & corrigit to.3.181.C

Amicus nullus eſt tutus to.5.109.D E

Amici nomen fruſtra tibi imponis,ſi amici iuſſa non feceris to.3.93.G

Amicum propter Chriſtum diligens vt oportet,rarus inuenitur to.2.112.L

Amicum habeas deum, & omnium ditiſſimus eris to.5.116.D

Amicum facit inimicum ſi in eum aliquid faciat quo deus inglorificatur. tomo. 5.188.D

Amici frequenter ad gratiam adulantur tomo.1.129.H

Amicos facere quantę ſit vtilitatis tomo. 3.147.D.& ſeq.

Amicos locus non facit to.5.186.G

Amicis non inuideamus to.2.140.I

Amicis carens fatuus debet reputari. tomo.5.186.E.& ſeq.

Amicitia.

Amicitia non eſt cum hoſte noſtro diabolo contrahenda to.1.115.A

Amicitia diuinitus in vtilitate & laude amicorum inuenta eſt to.2.93.C

Amicitia ſyncera nulla inueniri poteſt vbi eſt gloriæ cupiditas to.2.109.E

Amicitia propter charitatem durabilis eſt, propter temporalia vero parum. tomo. 2.112.L M

Amicitia quæ diuini timoris vinculo non eſt ligata,mendax eſt to.2.192.M

Amicitia quarum ſit vtilis. tomo.3.18.F G & vnde dicatur.93.G

Amicitia Chriſti officio comparatur. tomo.3.93.F.qui præmia promittit,vt obſequaris.Ibidem.& G

Amicitia nulla poſſet tãtam vnionem operari quantam fidei cognatio. tomo.5. 186.I

Amicitiæ cœleſtis faſtigium omnes apoſtoli adepti ſunt to.3.92.M

Amicitiæ effectus.to.3.151.G.& ſeq.

Amicitiæ cauſæ quæ ſint. tomo.3.151.G & ſeq.

Amicitia ſublata omnia auferuntur,omnia confunduntur to.2.151.K

Abſq; amicitia diuitię & delitię nihil ſunt. tomo.3.151.F

Amicitiæ fugiendæ ſunt ſi offendant. tomo.5.250.I.

Amicitiæ paraſitorum omni inimicitia peiores ſunt.tomo.2.93.C D.Infra.Amor. Charitas.Dilectio.

Amittens.

Amittens quod accipit,ſemper indigeat oportet tomo.3.12.D

Amittenda.

Amittenda ſunt omnia bona potius quàm tempus tomo.3.59.C

Amor.

Amor in deum grauitatem moleſtiarum imminuit tomo.1.41.D

Amor magnus & laborem,& tẽporis longitudinem succidit to.1.91.C

Amor in deum à ſenſibilibus ad ſpiritalia tranſfert tomo.1.91.E

Amor pecuniarum quocunque carceris cuſtode ſeuior eſt.tomo.2.30.I.& diuitiarum inexplebilis eſt to.5.88.G H

Amor dei erga homines ineffabilis.tom.2. 37.C

Amor ſpiritualis fatigationem non ſentit. tomo.2.212.F

Amor cordis qualis ſit. tomo.2.223.I.K 261.M

Amor tantus eſt vt abſentes videre faciat tomo.3.88.F

Amor honeſtior eſt, quę eſt inter virum & vxorem to.3.163.H I

Amor probatur aduerſis,affectio penſatur periculis to.3.186.C

Amor corporalis deuinctam tenet animã tomo.5.68.I

Amor cum deſiderio omnia ſuperat. tomo 5.201.A.cui nihil par eſt,& propter præſentia,& propter futura.Ibidem.& B.

Amor pecuniæ intantum animam fatigat, vt quæque intima illi poſtponantur. tomo.5.103.H

Amor regni non nos vulnerat, quia præſentia non deſpicimus to.5.122.H

Amoris definitio to.2.217.D

Amorem confirmant ſpiritalem quæcunque ſeculares tollunt amicitias. tomo. 2.112.M

Amore ſublato amicitiæ nomen tollitur to.3.92.M. Supra. Amicitia.Infra. Charitas.Dilectio.

Amos.

Amos vel Amon interpretatur fortitudo, non dei ſed diaboli to.2.157.H I

Anathema.

Anathema quid to.1.167.I

Anathema quid ſit. tomo.5.260.A. & ſeq. & quibus commiſſum ſit. tomo.5.260.B ſed omnibus modis à deo ſeparat. C. & coniungit diabolo.Ibidem.Infra. Excõmunicatio.

Anathematizandus.

Anathematizandus non eſt viuus, nec mortuus.tomo.5.260.G.H. Imo pro ſalute eorum orandum.I

Angelicus.

Angelica reſpublica eſt nihil dicere ſibi proprium eſſe to.3.105.C D

Angelus.

Angelus maior cœlo,& ſole excelſior. tomo.1.110.K

Angelus primus pręcipitatus diabolus nũcupatur to.1.112.G

Angelus primus ſine præcepto cecidit irreparabiliter to.1.112.G H

Angelus ſanctus tentationi miniſtrare interdum non iubetur to.1.138.H

Angelus non apparuit Ioſeph apertè, ſicut virgini,paſtoribus, & Zachariæ. tomo.2.9.M.10.A

Angelus nec ingreſſus ad Mariam, nec locutus eſt præſente Ioſeph. tomo.2. 159.A B

Angelus malus non poteſt nos in tentationem impellere quandiu circa nos eſt angelus bonus tomo.2.169.E

Angelus bonus & malus ſunt ſemper cum quolibet homine.to.2.169.E.& illi præſunt.218.D.110.I.111.A

Angelus propter tres cauſas apparuit Ioſeph tomo.2.159.F

Angelus bonus non poterit videri à malo niſi voluerit.tomo.2.169.E. qui per diſpenſationem aliquantulũ diſcedit à nobis.Ibidem.

Angelus non tantum virtutis præmium quàm naturæ proprietas eſt. tomo.2. 197.B

Angelus non eſſet in diabolum verſus niſi ſe ſuperbia coinquinaſſet. tomo.3. 19.F

Angelus vnus toti mundo conferri poteſt tomo.3.84.C

Angelus omni homine iuſto ſuperior eſt tomo.5.252.D. quanto magis alij ſpirituum ordines.Ibidem.

Angelus dicitur quòd dei ſententias homi nibus nunciat to.5.254.H

Angeli non vocantur filij dei. tomo.1. 33.K

Angeli manus Loth & domeſticorum apprehendentes eripuerunt eos è Sodomis tomo.1.76.A B

Angeli cum reuerentia menſam altaris in eccleſia circunuallant to.1.166.I

Angeli ſunt vbi Chriſtus eſt. tomo.2.93. B C.& vbique verſantur.to.3.197.C D

Angeli nobiſcum diſcunt quæ neſciunt tomo.3.3.E

Angeli olim multis apparuerunt. tomo.3. 14.I L

Angeli apparuerunt in omnibus myſteriis noſtræ redemptionis tomo.3.97.I

Angeli nimia triſtitia tenebantur, quando ante Chriſti paſſionem puniebamur.tomo.3.198.A.& ſeq. ſed reconciliatione dominica gratulati ſunt.C

Angeli non quærunt domus ſplendorem, ſed animi virtutem to.5.115.M

Angelorum creationem quare Moſes non deſcripſit tomo.1.2.G

Angelorum proprium eſt eſſe ſeparatos ab vſu libidinis to.2.222.I

Angelorum opus eſt deprecatio, ſuperas etiam interim illorum dignitatem. tomo.5.70.K

Angelorum erga deum officia. tomo.5. 250.G H

Angelorum ordinum denominatio. tomo. 5.254.H I

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angelorum societate semel iunctum: illud relinquere, & vxoris laqueis implicari, adulterij crimen incurrere est. tomo. 5.295.B
Angelis creatis nullum est datum præceptum tomo.1.112.G H.113.G
Angelis coęquamur quando agimus quod est extra naturam carnalem. tomo.2. 222.I
Angelis cum hominibus *nil* commune tomo.5.250.G
Angelos potest homo facere to.3.141.D

Anima.

Anima corpore melior est to.1.4.B
Anima segnis opus habet continua admonitione tomo.1.5.I
Anima rationis particeps dificilius fit mãsueta quàm feræ tomo.1.12.C
Anima quotidiana refocillatione indiget tomo.1.14.G. recreatione & quiete,I. 35.A
Anima in retibus diaboli comprehensa nõ sentit peccatorum fœtorem. tomo.1. 34.F
Anima hominis non est sanguis. tomo.1. 45.C
Anima feruida non impeditur quo minus suam declaret *virtutem* to.1.74.L
Anima libera est,& sub *principatu* dei.tomo.1.177.K
Anima Christiana impugnationes diaboli patitur to.1.147.A
Anima multiphariam reficitur in campo legis to.1.147.F sed opus habet vt operibus alatur to.3.205.A
Anima quæ dei timorem excussit, ad quæcunque loca decurrit to.1.172.K
Anima non potest in dæmonem transmutari *to.2.61.F* nec à corpore separata *In his regionibus errate G.quę nũquàm huc redire potest* *Ibidem*
Anima immortalis est to.2.72.I & seq.
Anima nostra nil habemus preciosius tomo.2.84.G
Anima quendam pudorem habet innatum tomo.2.150.F
Anima nihil agit in corpore incontinentiũ tomo.2.158.M
Anima quia spiritus est,spirituales pœnas timet,non corporales to.2.164.K
Anima diligit inimicum to.2.177.K L
Anima aduersus carnem certat & vincit *tomo.2.178.G*
Anima antequam peccet corpori dominatur,postea *illi* seruit to.2.182.L
Anima in omni peccato prius peccat, postea caro to.2.189.K
Anima quæ complectitur verbum necessario tangitur à verbo. to.2.190.F
Anima dum expugnatur à carne, nec vincit,non coronatur à deo to.2.193.M
Anima fidelis sponsa est Christi, infidelis est meretrix tom.2.200.H.261.M.ideo super omnem rem debet eum diligere. Ibidem.
Anima mortua est in corpore peccatoris tomo.2.226.K
Anima per concupiscentiam fornicatur tomo.2.238.K
Anima hominis quàm preciosa sit tomo.2.265.H
Anima nihil aliud spirare debet quàm fragrantiam spiritalem to.2.279.A
Anima corpore præstantior tomo.3.15.A quæ habet vim sui iuris operandi tomo.3.15.A & ideo pulchritudinem illi largitur tomo.2.72.I.& sequen. tomo.5.80.D. tomo.2.132.M
Anima tanto fortior efficitur, quanto magis doctrina imbuitur to.3.21.K
Anima diuino igne exardescens, nihil amplius terrenum curat tomo.3.35.I
Anima terrenis dedita procliuis est ad peccandum tomo.3.55.F
Anima quę multis detinetur affectibus,virtuti moritur tomo.3.56.C
Anima secularibus absoluta negociis in portu quiescit tomo.3.62.K
Anima cadens in profundum vitiorum redditur incorrigibilis to.3.71.B
Anima mundatur multis viis to.3.73.H
Anima seipsam condemnans non vltra potest inuidere to.3.104.K
Anima ociosa rubigine consumitur, to.3. 145.B quę cote tribulationum detergeatur Ibidem
Anima quę semper irascitur & vult vlcisci nihil magis ridiculum nihil frigidius tomo.3.153.F. to.5.164.L
Anima in peccato furit vt insanus tomo.3.153.C D
Anima in delitiis agens valde propensos ad peccatum habet impetus tomo.3. 155.A
Anima quæ angustiatur,vndique consolationem inuenire quærit tomo.3.154.G nec in multis occupationibus esse.H. 155.A
Anima magna est quæ affectioni non seruit tomo.3.162.
Anima cœlesti amore sublimis nihil oppro*bria curat* to.3.168.A
Anima Pauli omnia quæ sunt in hominibus bona habuit tomo.3.172.B imo & quæ angelorum Ibidem
Anima non est creata prior corpore,ne videret formationem to.3.205.K
Anima vnius pluribus cupiditatibus sufficere non potest tomo.3.5.D
Anima singulis diebus corruente nemo est qui lugeat to.5.26.H
Anima prius curanda atque ornanda quàm quæuis alia sint quærenda to.5.52.B
Anima multipliciter corrumpitur tomo.5.52.C D
Anima mansueta & miti nil gratius deo tomo.5.52.E
Anima quibus modis quotidie vulneretur & affligatur to.5.63.M
Anima quomodo potest eleuari vt terrena despiciat, & cœlestia curet.to.5.67.K L quæ non poterit mirari cœlestia,nisi terrena contemnere didicerit.68.E & donec terrena miratur cœlestia spernit. Ibidem.
Anima per totam vitam occupata in luctu & lachrymis erubescit peccare tomo.5.67.C & sequen.
Anima nisi se incitet ad orandum mortua est,& misera tomo.5.71.A
Anima dei ordinatione curam corporis agit,multo magis suiipsius to.5.73.D
Anima corporis vires moderatur, sibiipsi vero rationem tomo.5.37.D
Anima tristitia repleta nihil audire est idonea to.5.132.F
Anima vitiis obnoxia nil turpius aut infortius to.5.152.H
Anima Christo volens desponsari puritatem custodiat to.5.155.H I
Anima cupiens honorem,& glorificari,nõ videbit regnum cœlorum. to.5.178.C
Anima sola omniũ quæ sunt in nobis semper manet to.5.191.E
Anima purgatur cum propter deum tribulatur to.5.202.H
Anima quæ peccatum semel gustauerit & non pœnitentia tangitur, subito augmẽtum recipit to.5.219.I K
Anima salubribus doctrinis nutrita proficit infalubribus languet. tomo.5.237. E. & demum in æternos ignes deiicitur. Ibidem.
Anima nostra templo dei & ornatui eius comparatur to.5.287.L
Anima post hanc vitã incorruptibile nanciscetur corpus to.5.290.G H
Anima dubitãs de *salute* nõ sentit amplius quo periclitetur præcipitio. tomo.5. 292.M
Animæ nobilitas supra corpus. tomo.1. 17.D
Animæ cibus cõgruus sicut & corpori tribuendus to.1.33.A.& seq.
Animæ bonum est virtutem eligere, & malitiam fugere to.1.68.K
Animæ vis mirabilis to.1.168.E
Animę cura quanta sit habenda. tomo.2. 131.D E .quia laborat pro nobis. 132.M. 133.A
Animæ partes dextræ vocantur, corporis autem sinistræ to.2.175.K
Anime displicet quod carni placet. tomo. *2.179.A*
Animæ vulnera per corporum plagas extinguuntur. to.1.160.H.cuius *nullum* vulnus insanabile. tomo.3.130.H.to.5. 174.E
Animę tanta est tribuenda diligentia quãta corpori to.3.70.C
Animæ vnius perditio tantã iacturam habet,vt nulla ratio possit ęstimare.tomo. 3.99.I
Animæ vestimentum quid? tomo.3.132.H & eius nuditas. Ibidem.
Animæ sunt tria,domus ciuitas,orbis. tomo.3.168.F
Animæ motio sunt curæ ipsæ. tomo.3. 170.M
Animæ ornandæ cura.tomo.5.291.G H.cuius ornatus est penes eos solos qui cum virtute viuunt to.5.166.B
Animę pulchritudo omnẽ mundi pulchritudinem superat to.5.291.M
Animæ arrogantia quomodo frangenda tomo.5.69.L M
Animæ præferre domus parietes est *multo* dignum supplicio to.5.88.A B
Animæ ægritudines curari debent per cõtraria to.5.123.L
Animæ suæ plerique equos,canes, aues, & multa viliora præferunt. tomo.5.176.G & seq.
Animæ uequitia *causa* est malorũ in corpore to.5.180.I
Animæ & corporis duplex bellum, duplex tempestas,duplex morbus. to.5.189.M
Animæ humanæ insultus & pugna à dæmonibus to.5.229.L.M.230.A B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animam promptam ad bonum donis deus multis locupletat to.1.4.H
Animã noſtram tanquàm vnicam filiã inſtar Iepte deo offerre debemus.t.1.119.L
Animã humiliatã dare dei eſt to.2.15.K
Animã peccatis inuolutã quam turpe eſſe oculis cernere to.2.60.H & ſeq.
Animam noſtram vitiis ſacrificare caueamus to.2.104.B
Animã tribulantia peccata to.2.128.B
Animam ob eleemoſynam confirmatã nemo tollere poteſt to.3.132.C
Animam cõponere potens, ciuitatem & orbem componere poterit to.3.168.F
Animam mortuam ſi fleueris, ſæpenumero mortuam excitabis to.5.51.B.
Animam noſtrã potius quàm domum ornemus oportet to.5.116.A
Animam laborantem medicari cuiq; facillimum eſt,to.5.128.G.H.quam pœnitere eſt facile.154.C
Animam tuam *tibi* fac eſſe imaginem. tomo.5.151.D
Animam habentes mundam conſeruemus, habentes vero ſordidam,ne deſperemus tomo.5.159.G
Animam nihil ita fœdã reddit atq; auaritia vel rapina to.5.170.I
Animam nihil ſic angit ſicut concupiſcẽtia mala,& luxus to.5.193.C
Animam perire q̃ terribile ſit. to.5.246.C
Animam ſuam ornantes mulieres deum ſuę *pulchritudinis* habent amatorem. tomo.5.247.E
De anima nullam vel paruam curam habemus.to.3.143.L.M.144.A.& ſeq.
Animæ quædam irrationales,*aliæ ferociores* & agreſtiores to.1.12.B
Animæ aluntur ſermone ſicut corpora pane to.1.170.M
Animæ impiorum in inferno diem iudicij expectant to.2.61.H.
Animæ noſtrę vitiis febricitãt.to.2.265.M
Animæ violenta morte decedentium non fiunt dæmones to.2.280.L
Animæ viuentiũ in peccatis fiunt dęmones tomo.2.280.L
Animę ſponte nõ coactè peccat.to.2.281.A
Animæ à corpore egreſſę nõ vagantur.to.2.281.B.ſed opus habẽt viæ ducibus.C
Animę non ſunt de ſubſtantia dei iuxta errorem Manichęorum.to.3.98.A.& ſeq.
Animę miſerorum quibus vinculis ligẽtur to.5.180.M.181.A
Animæ non ſtatim fruuntur gloria. tomo.5.269.M
Animarum ſalus nobis curæ eſſe debet. tomo.1.3.M.& ſeq.
Animarum iniuſtè interfectarum nõ obliuiſcitur deus to.1.160.B
Animarum curatio natura prima eſt quàm corporum to.2.67.A
Animarum quãta munditia opus eſt ad euchariſtiæ ſacramentum ſuſcipiendum. tomo.2.95.L M
Animarum noſtrarũ ſalutẽ rebus omnibus poſtponimus to.2.111.I K
Animarum perditio tanto peior eſt quàm corporum, quanto anima eſt corpore precioſior to.2.234.F
Animarum tranſmigrationẽ aſſerebat Plato. to.3.101.G nec quicquàm hominum genus differre à canibus.H
Animarum noſtrarum nulla cura eſt,irrationabilium verum imaginum multa. to.5.204.I. Infra. Animus

Animalia.

Animalia ſecundum varias ſpecies ad hominis vtilitatem creata ſunt.tomo.1.9.K & ſeq.
Animalia cuncta ab initio homini ſubiecta fuere.to.1.12.C D quæ data ſunt illi in adiutorium.19.I.20.F I.
Animalia quædam deus à poteſtate hominis propter peccatum alienauit. tomo.1.12.E
Animalia vtilia dedit nobis dominus nõ ob ſtante peccato tomo.1.12.F
Animalia immãſueta ante hominis lapſum erant illi ſubdita ſicut nunc domeſtica tomo.1.21.L
Animalia munda ab immundis vnde diiudicentur to.1.38.K L
Animalia munda & immunda cur in numero diſpari poſita ſunt in arcam tomo.1.38.L M.39.A
Animalia manſueſcunt.to.2.10.M.11.A B
Animalia irrationalia peccatis addictum in multis præcedunt to.2.18.A
Animalia rationis expertia ſolum quod ſatis eſt bibunt & comedunt. to.2.107.M
Animalia dum viuũt ſunt, & nõ poſt mortem, homo vero dum viuit eſt,& perfectius poſt mortem to.2.183.E
Animalia quædam ad laborem creata ſunt à nobis imitanda. tomo.5.134.E. & ſeq. à quibus virtutem exercere diſcamus,à contrariis vitium fugere.G H
Animalia bruta nunquàm peruertunt naturam. tomo.5. 238. C.D. infra. Beſtia *Bruta.*

Animus.

Animus eſt qui condemnatur propter peccatum exterius to.1.34.C
Animus maſculus quis to.1.64.D E
Animus perturbatus difficilis eſt ac moroſus to.1.120.M
Animus fortis quantum valeat. to.2.22.L
Animus humanus verecũdiæ fines egreſſus flecti non poteſt to.5.6.M
Animus quidnam ſubſtantiæ ſit. tomo.5.258.C D
Animi maior voluptas eſt, quanto virtuti deditus eſt to.2.64.D
Animi iucunditatẽ conſequitur qui iram nõ capitur to.2.114.E
Animum his caducis rebus affigere præcipitem agit hominem. tomo.2.124.F. Supra. Anima.

Anna.

Anna vtriuſque ſexus magiſtra eſt. tomo.1.120.D
Anna quomodo dicitur beata. to.1.120.E
Anna & domi,& in templo afficitur contumelia.tomo.1.120.M.quę ex his non iraſcitur.to.3.117.G
Anna deo gratias poſt ſumptum cibũ agit. tomo.1.121.F
Anna preces cum lachrymis offerens conſecuta eſt optatũ.to.1.122.D E. quæ ſola & tota mente clamans eſt exaudita. tomo.2.43.G
Anna Samuelem lactando reuerebatur, tãquam deo ſacratum to.1.122.E F
Anna Samuelem obtulit in templo. tomo.1.122.F.& ſeq.
Anna offerens in templo Samuelem imitatur Abrahã Iſaac immolantẽ. t.1.122.K
Anna non tam audita eſt, quia claram edidit vocem,ſed quia intus clamabat. tomo.5.212.C
Anna quomodo educauit filium ſuum. tomo.5.243.F G
Annæ deprecatio.to.1.120.C.& ſeq.ſanctũ illi produxit Samuelem.121.M
Annæ vteri gemina erat ſanctificatio. tomo.1.120.G

Anomæi.

Anomæorum errores.to.5.251.K.& ſeq.& eorum extirpationes.253.F.& ſeq.

Annus.

Anni diuerſitas in dierum æqualitate vel inæqualitate to.2.234.I
Anni diuiſio to.2.271.K

Antichriſtus.

Antichriſtus per tres annos & ſex menſes auferet quod Chriſtus per totidem poſuit to.2.232.K
Antichriſti dicuntur ficti Chriſtiani,hæretici,& pagani to.1.147.B
Antichriſti ſignum portantes non ſignabũtur ab angelis to.2.234.E.
Antichriſti exercitus ſunt omnes hæreſes. tomo.2.232.H
Antichriſtum pro Chriſto crucifixo expectant Iudæi to.2.16.C
Antichriſtum expectat, qui non receperit Chriſtum to.2.196.G

Antiochenus.

Antiochenæ vrbis deſolatio. tom.5.114.H & ſeq.115.A.& ſeq.

Antiochia.

Antiochia prima meruit coronã Chriſtianorum appellationis to.5.117.I K
Antiochiæ dignitas eſt, quia in ea contigit primum diſcipulos appellare Chriſtianos.t.5.144.B.171.H & quia eleemoſynã tempore famis miſit Hieroſolymã. Ibidem. quia facta eſt Metropolis fidei Chriſti.C

Antonius.

Antonius de Ariana hæreſi prophetauit tomo.2.19.I
Antonius Aegyptius fuit to.2.19.I

Apparatus.

Apparatus ad Hieroſolymitanũ excidiũ to.2.231.F G

Apparere.

Apparere quomodo dicatur *deus.t.1.67.L*

Aperire.

Aperuit, verbũ non ſolũ de corporalibus, ſed & de ſenſu mentali to.1.22.L

Apollo.

Apollo Daphnes cuſtos ante Babylam ſem per fuerat to.5.223.A B
Apollinis templum in Daphne diuinit⁹ eſt combuſtum. to.5.222.I.vnde ſacerdos dæmonis in carcerem truditur,*Ibidem.* & flagris cæſus ignem è cœlo delapſum teſtatus eſt id feciſſe.K

Apoſtolicus.

Apoſtolicus ordo propter Iudam non damnatur to.1.172.A
Apoſtolicæ conſuetudines in gratiis agendis to.5.193.K

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostoli.
Apostoli fidem per totum orbem mirabiliter seminauerunt. tomo.1.47.I K per quem à Christo mittũtur. tom.2.220.E to.3.15.D
Apostoli velut carnifice vtuntur dæmonio to.1.138.G
Apostoli propter pericula non desierunt prædicare to.1.143.K
Apostoli legem receperunt & seminauerũt to.2.3.D E
Apostoli cæsi eiectique victores euaserunt to.2.20.I
Apostoli vocati fidem & obedientiam statim præstiterunt to.2.30.A.B
Apostoli quidem vocati perhibentur, alij autem non, & quare to.2.63.G H
Apostoli aliquid à seipsis poterant tomo.2.70.D E
Apostoli totam fermè orbis farinam fermentarunt to.2.89.H
Apostoli Christi ante crucem erant imperfectiores to.2.105.F
Apostoli filij Iudæorum erant. to.2.106.K
Apostoli non tantam fidem habuerunt ante passionem sicut post to.2.107.F
Apostoli ferè semper ieiunabant. tomo.2.107.H
Apostoli primo Iudæis deinde gẽtibus prædicauerunt to.2.125.M
Apostoli cur gladios ferebant. tomo.2.147.B C
Apostoli in Christũ crediderunt mõstrantibus aliis to.2.191.E F
Apostoli quomodo iudicabũt Iudæos. tomo.2.258.E F
Apostoli sunt sedes dei.tomo.2.258.I.& diuersę sedes. Ibidem.& K
Apostoli humiles & piscatores cunctis regibus clariores euaserunt to.3.33.B
Apostoli per fidem omnes philosophos & mathematicos superarunt. to.3.64.M
Apostoli aliter acceperunt spiritum sanctum quàm quicunque alij prisci prophetæ to.3.100.K L
Apostoli erant in oratione concordes,in ieiuniis & vigiliis,& paupertate.t.3.113.M
Apostoli à Ioanne baptizati. to.3.95.H.
Apostoli Christi multa ab eo didicerant tomo.3.96.K
Apostoli spiritui sancto iuncti non minuunt eius dignitatem to.3.206.E F
Apostoli occiso domino persecutiones vbique sustinebant to.5.287
Apostoli etiam mortem timebant. tomo.5.298.B
Apostolorum tantũ duo scripserunt euangelia to.2.3.F
Apostolorum ante vocationem egestas.tomo.2.30.B
Apostolorũ binæ cõiugationes.to.2.67.D
Apostolorum nomina. to.2.67.E.F.tomo.3.98.E
Apostolorum laus magna to.3.94.L
Apostolorum innumera bella & persecutiones.to.3.101.D. In quibus fuerunt constantissimi.E. quos persecuti sunt Iudæi tomo.5.229.B
Apostolorum à philosophis differẽtia. tomo.3.101.K
Apostolorum solorum erat donum dandi spiritum sanctum to.3.121.F G
Apostolorũ proprietates & consuetudines tomo.3.198.L.M
Apostolorum missio mirabilis. to.3.199.C & seq.
Apostolorum missorum prædicatio. & signa.to.5.43.C.& seq. loquebantur vna lingua.H.difficultates.45.D E. tormẽta G.& seq.
Apostolorũ cura & industria. to.5.217.A & seq.patria illorũ.D.artes eorũ. Ibidẽ miracula.E
Apostolis quare prędicta est tentatio.to.1.139.G
Apostolis signorum præbuit potestatem to.2.67.H I.& seq.
Apostolis omnibus potestas æqualiter fuit concessa to.2.89.L
Apostolos imitari debemus. t.2.70.I.quos imitari nõ possumus, nisi fecerimus quę fecerunt.255.C
Apostolos propter 9.causas Christ⁹ omnibus hominib⁹ prędicit.to.2.73.K.& seq.
Apostolos ante crucẽ & post crucẽ ad Iudæos Christus misit to.2.125.L
Apostolos Christi penuria rerũ non læsit to.5.102.K.& seq. nec opprobria.M. infra.Discipulus.

Aqua.
Aqua in principio vitalẽ quandam vim habebat to.1.3.F
Aqua iuxta dei voluntatem contraria agit tomo.1.16.K
Aqua refectionis,& aqua consumptionis tomo.1.147.F
Aqua catholica regenerat & plura alia facit to.1.147.F G
Aqua necessaria est ad generationem spiritualem to.3.27.I K
Aqua hoc fideli est, quod matrix est embrioni. to.3.28.C
Aqua baptismi per spiritum sanctum efficax est to.3.95.H
Aquæ natura dignior & magis necessaria, quam vini.to.1.124.B.infra.Baptismus

Arabes.
Arabes ab Esau descendentes impuri sunt & corrupti to.1.136.H

Arbitrium.
Arbitrium est supra fatum, & natiuitatem tomo.5.37.I
In arbitrio nostro est,an saluemur, an perdamur.t.3.49.C.infra. Liberũ arbitriũ.

Arbor.
Arbor non es à deo plantata si bonos fructus non exhibes to.2.260.I
Arborem quam deus plantauit, cur Adæ interdixit to.1.113.B C
Arborem fici cur Christus maledixit? tomo.2.260.G H
Arbores quædam sunt infructuosæ,nec minus vtiles to.1.9.L

Arca.
Arca Noe nõ erat ad modũ nauis facta.tomo.1.40.M.quæ palam ædificata est.38 B C.& eius forma to.2.271.B C
Arca dei capta à Philistęis & cõtra Dagon collocata,ipsum deiecit in terrã. tom.5.224.F G.& bis ipsum deiecit.272.A
Arcæ cõstructio sufficiens erat pœnitẽtiæ suggestio to.1.39.I M

Archangelus.
Archangelus dicitur qui angelis imperat, vel præest to.5.254.H

Arcus.
Arcus cœli signũ est pacti dei & terræ. tomo.1.46.L.47.A B

Ares.
Ares interpretatur bellũ,vnde dicitur Ari⁹ qui nunquã sine bello fuit.to.5.262.B

Arguere.
Arguere aliquẽ est peccata eius in memoriam reducere to.2.112.D

Ariani.
Ariani dogma quo ad spiritum. to.3.203.I infra.Arius.Error.Hæresis.

Arioli.
Arioli qui dicuntur to.2.72.H

Aristides.
Aristides philosophus Alcibiade insignior tomo.5.232.I

Aristippus.
Aristippus magni precij scorta conduxit tomo.2.70.A

Aristophenus.
Aristopheni cruciatus & languores tomo.5.34.M.35.A

Arius.
Arius & diabolus eadem arte scripturas proferunt to.5.262.D E
Arij hæresis,& sequacium eius.to.5.262.B Confutatio eius.C & seq.Supra.Ariani. Infra.Error.Hæresis

Arma.
Arma nostra spiritualia quę sunt? tomo.1.4.E K.151.C
Arma euangelizantium erant veritas fides & iustitia to.2.4.F
Arma Dauidis & Goliath diuersa tomo.1.131.K L
Arma diaboli est malus homo. to.2.192.H
Arma militi Christiano aduersus hostem competentia.to.3.210.C.to.5.128.E quibus aduersarias deridet potestates. Ibidem.& F
Arma diuinæ militiæ necessaria. to.5.99.B hostes illi militiæ aduersarij.B C congressus cum illis.C D
Armorum nostrorum aduersus diabolum magna virtus est to.1.4.C K to.5.96.C

Armatura.
Armatura sanctorum to.1.42.I K

Arrabon.
Arrabon quid sit? to.3.194.I & sequen.

Arreptitius.
Arreptitij perturbationes plurimæ. to.5.21.D & seq.Infra.Dæmoniacus

Arrogantia.
Arrogantia quantũ malum est.to.1.169.D E
Arrogantia malorum omnium fons tomo.1.170.B.to.2.120.F
Arrogantia & superbia sunt causæ omnis morbi animæ. tomo.3.141.C vnde vtraque oritur Ibidem
Arrogantiæ tumorem Christus à cordibus discipulorum euulsit to.2.108.M
Arrogantiam super omnia deus auersatur tomo.2.120.I.
In arrogantiam nil magis extollit,quàm officiorum conscientia, & anima cum libertate viuens to.5.112.H

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arrogantia primus homo deliquit tomo. 2.120.I
Arrogantia nihil crudelius reperitur. to. 1.164.F.
Arrogantia nihil pejus.tom.1.171.1 K nihil depressius.tom.2.120. F infra.Superbia Audatia

Arrogans.

Arrogans est qui se de cunctis ignorat.t. 2.56.H
Arrogantis animum omnia vitia exagitat tomo.2.120.G
Arrogantes sibi plurimum sapientiam, in desperationem collabuntur extremam tomo.5.91.B
Arrogantes principes in deum. tomo. 5.91.C infra.Superbus.

Ars.

Ars diuitum qualis sit tomo.2.94.D
Ars est quæ necessaria non superuacanea componit tomo.2.94.F
Ars nulla finem suum consequitur præter misericordiam tomo.2.99.A
Ars puerorum moderatoris cæteris sublimior to.2.112.A
Ars oratoria nondum inuenta erat, & viri probi erant tomo.5.239.1K
Artis est proprium ad aliquam vtilitatem peruenire to.5.166.E
Artis cuiusque finis quidam est tomo. 2.136.F
Artes non hominibus notificant suas proprietates to.1.2.F
Artes mechanicas inuenerũt nepotes Cain tomo.1.29.L
Artes non propterea damnandæ, licet artifices in illis errent to.5.84.A
Artium quæque alterius indiget artis tomo.5.166.F H

Articuli.

Articuli de Christo dei filio credendi. tomo.5.95.B C

Artifex.

Artifex est sutor donec facit calceos necessarios non superfluos to.2.94.F
Artifex quisq; suum & non alienum sequitur artificium to.5.14.C
Artificum peccata to.2.113.H
Artificum & mechanicorum peccata tomo.2.256.B C

Asa.

Asa quandiu cõfidit domino, victor euasit to.2.156.G H

Ascensio.

Ascensio Christi est altitudo virtutum tomo.2.171.H
Ascensionis dominicæ mira præconia, & varius effectus. tom.3.197. D & seq.198. A.& seq.

Aspicere.

Aspicere & attendere differunt tomo. 2.187.A

Assentatio.

Assentatio non est apud monachos. to.5. 194.D supra.Adulatores.infr.Blandiri.

Astrologi.

Astrologi quoad natiuitates arguuntur tomo.2.160.H I

Astronomia.

Astronomiæ legi non fuit subiecta natiuitas Christi to.2.13.L

Astutia.

Astutia diaboli delicta Iuuentutis reuocantis to.1.153.1

Athenæ.

Athenę loquacium ciuitas erat.to.3.147.K

Attentio.

Attẽtio in orationib⁹ adhibẽda to.3.80.D

Auaritia.

Auaritia arx & radix omnium malorũ est tomo.1.30.M
Auaritia insatiabilis ebrietas.tomo.1.35.A
Omnium malorum radix. tomo.2.133.B. & omnis iniustitię fomes.to.3.132.B.42.A quę à dei seruitio nos abducit. Ibidem.
Auaritia accessum ad eucharistiam multũ impedit to.2.95.K & seq.
Auaritia quanta afferat incommoda tomo.2.126.C & seq.
Auaritia à natura originẽ nõ habet, sed ex desidia.to.2.142.B.144.A.ideo præter naturam viuere persuadet Ibidem.
Auaritia ad omnia inutilis est, sicut auarus tomo.2.142.C
Auaritia canes de viris, & dæmones ex canibus facit to.2.143.D
Auaritia omnes qui ei seruiunt crudeles efficit to.2.146.F
Auaritia multos à luxuria auertit tomo. 2.146.F
Auaritia sacerdotũ altaria non sunt altaria sed mensæ nummulariorũ to.2.270.C
Auaritia grauis morbus est, & multa mala efficit.t.3.67.A B & morb⁹ icurabilis.B
Auaritia multa mala cõsulit.to.3.67.C. & vnde ortum habuit Ibidem.
Auaritia quantis calamitatibus obnoxia to.3.88.G & seq.
Auaritia omnia bona opera perdit. tomo. 3.89.F G
Auaritia quid sit to.3.166.L
Auaritia est summa infœlicitas.t.5.103.H I
Auaritia delectatio est, & quæ sunt omniũ velle sibi vendicare to.5.191.H
Auaritiæ proprium est plus esurire & sitire diuitias, q̃ cibũ vel potũ. to.2.31.I K
Auaritię morbo omnes laborant.to.1.65.A
Auaritiæ & temulentiæ deditorũ collatio tomo.5.48.A B
Auaritiã facile irridet qui cœlestis regni gloriam concupiscit to.2.21.G
Per auaritiã cõgregantes ad eleemosynã pigri sunt.tomo.3.77.H infra. Cupiditas, Diuitiæ

Auarus.

Auarus relictis bonis in diffidio defert secum peccata per quæ bona coaceruauit tomo.1.35.D E
Auarus dæmoniaco similis. tomo.2.61.M & eorum collatio.143.F & seq.
Auarus communis omnium hominum hostis.tomo.2.142.D & omnium miserrimus.Ibidem
Auarus propriam salutem negligit, & multo magis alienam to.2.146.F
Auarus quanto plura possidet, tanto parcior est to.2.146.G.to.5.48.B
Auarus omnibus inutilis & fastidio est.tomo.2.146.H
Auarus rerum optimarum pulchritudinẽ percipere non potest to.2.146.L
Auarus cùm ad summum diuitiarum euaserit culmẽ, tum maximè pauper est.tomo.5.48.B.& quantum sit ridẽdus. Ibidem & seq. & eius conditiones. Ibidem & seq.
Auarus non est diues, qui multis indiget to.5.115.K.custos est, non dominus, Ibidem & L
Auarus, rapax, fur, & latro est tomo.5. 205.B C D
Auari conditiones.tomo.2.142.C D.impudentia.143.I. inopia.146.G H
Auaro nihil deterius. tomo.2.98.A B.nihil insuetius to.3.137.D
Auari sunt deteriores ebriis to.1.54.E
Auarorum detestatio & miseria tomo. 2.61.M 62.A & seq.
Auari peiores sibi sunt & aliis, quam dæmoniaci to.2.62.A
Auari Iudæ vitio laborant to.2.142.A
Auarorum multiplex congregandi genus to.1.35.B C & finis C D
Auarorum priscorum tantum nomina restant to.3.67.C D
Auaris pœna promittitur in tota scriptura to.2.143.L infra.Cupidus, Diues

Audacia.

Audacia adeo impudẽs est, vt impossibilia inuadere nõ vereatur. to.2.127.E.supra Arrogantia, infra.Superbia

Audire.

Audire verbũ dei, & nihil operib⁹ præstare nihil valet to.1.1.C.D.29.E.t.5.277.I
Audire diuina eloquia bonæ animi valetudinis indicium est to.1.4.G

Auditor.

